



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XXVII. Chiemseense Monasterivm monialium, Germanicè  
Frawenwort.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

Auentinus in Annalibus ita ponit: *In Norico Conradus, Innauia Episcopus, & Abenspergeni familia oriundus, Chiminum templum olim à Tes-  
salono, secundo Duce Bauariae D. Benedicto conditum, ab Vgris ad egestatem redactum, monachis Augustinianis tradit, &c hoc est, Canonicis Regu-  
laribus ordinis S. Augustini.* Sic Hundius ex Auentino, & alijs.

CAPUT XXVII.  
CHIEMSEENSE MONASTERIVM  
monialium, Germanicè *Frawenwörst*.

**D**E huius monasterij fundatione ac pro-  
gressu, plenè constat ex Henrici IV.  
Im.p. diplomate. *In nomine Sanctæ & individua  
Trinitatis, Henricus diuina auente clemētia Rex.  
Ad notitiam, ad memoriam, ad fidem rerū, & fir-  
mamentum omne scribitur testamentum, sub qua-  
ratione & hoc scribi, sed vnde & quare iusseri-  
mus, notum facimus omnibus Christi fidelibus; in  
quo dum cautiùs perspeximus, dum diligentius  
consuluimus, eandem rem (res enim alta est) lon-  
gè suprà repetere volumus. Ad solam Dei gloriam  
& laudem, ob salutem animæ, ob remedium pec-  
catorum suorum, Thessalo Rex Chiemensem  
substituit & fundavit Ecclesiam. substituit,  
inquam, & prædijs his dotavit, Euenhausen,  
Leuchtental, Schonsteten, Tegingen, Sa-  
pienzmunster, Puech, Fraunhouen, Hof-  
haim,*

haim, Fridefingen, Fraundorf, Palcheigen.   
 Hū ut dictum est, dotauit, alijsq; pluribus. Dota-  
 uit & perfectissimam libertatem digna & religi-  
 osa institutione, cum iudicio in insula sua qua  
 Nunnuerit dicitur, & in omnibus Hofmarcbis suis  
 ritè & legitimè habendo, sicut aliud regalè cœno-  
 bium tenetur, liberè & principaliter eidem Eccle-  
 sia tradidit, & soli tantum Regibus in tutelam &  
 patrocinatum decreuit. In hac libertate ad Caro-  
 lum usque Regem successorem suum peruenit, à  
 Carolo usque ad Ludouicum Regem, qui ob eiusdē  
 Ecclesiae, quam sibi præ ceteris habuit specialem,  
 filiam suam Irmgardam ibidem präfecit Abba-  
 tissam. A Ludouico autem ad Henricum, qui quoq;  
 sororem suam Geruircam constituit Abatissam,  
 ob loci nobilitatem & religionem. Ea, ut diximus,  
 libertate à Rege ad Regem descendit & usque ad  
 nos eandem libertatem habuit & pertulit, & ut  
 hac perfectissima regalis libertas, quam ab aucto-  
 re suo Tesselone Rege accepit, firma & inconuulsā  
 omni auo permaneat, hanc chartam conscribi ius-  
 finus, & propria manu, ut infra videtur, corre-  
 borauimus, nostroq; sigillo insignitam omnibus  
 seculis, ut hac sciant & reddant, relinquimus.

Signum Henrici quarti Regis inuictissimi Geb-  
 hardus Cancellarius recognoui, anno incarnationis  
 Dominice M. LXXVII. indictione prima, anno 1077.  
 autem Domini Henrici Regis quarti inuictissimi  
 ordinationis 24. regni 22. Ratisbonæ actum felici-  
 ter.

G

Hen-

Henricus S. imperator Chiemensibus virginibus Gerbirgam sororem, Patauienibus Helican amitam præfecit: Auentino teste.

## CAPV T. XXVIII.

RANSHOVIENSE MONASTERIVM  
in Bauaria.

**A**rnolphus Imp. filius Carolomanni Regis Bauariæ & Italiæ, ædiculam sacram, quam ad preces VVichingi Episcopi Patauiensis, Cancellarij sui, Christo Domino Deoque nostro, & D. Pancratio à fundamentis in *Randensdorf* seu Randersdorf exstruxit, Ellenbrechto sacerdoti committit ea lege, vt ipse quidē pareret parocho Oetingensi; at post mortem eiusdem, sacellum in Radersdorph foret sub ditione templi Oetengensium, vbi brachium S. Philippi Apostoli reconditum reseruabatur, & pater imperatoris Arnolphi Carolamannus Rex Boiorū & Italiæ sepultus est. Exstat diploma Arnolphi, datum anno 898. anno II. regni, imperij autem III. Sequenti quoque anno, hoc est, anno 899. idem imperator Arnolphus duo agri iugera orientem versus, viginti carrucas foeni, molā aquariam in ripa fōtis, qui ex cliuo, cognomine Prylo erumpit, tantum lignorum quantum opus est & foco & ædificijs